

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Eidem

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

non augent Ecclesiæ dignitatem, sed priuatum factum. Bene Vale. Die x. Aprilis, Anno 45.

Philippus Melancthon.

Eidem.

S. D. Hodie spero allaturum mihi nuncium, quem nisi Torgam, literas de negotio ad finis tui: certe illustrissimus Princeps clementer respondit. sed in tamis occupationibus scribæ tardius mittunt literas. Mihi tamen rem curæ esse scio. De synodo Tridentina fortassis audistis. Misit Romanus Pontifex aliquot Episcopos Tridentum, qui usitatis ceremonijs Synodum inchoarunt. Adfuerunt ibi & adhuc adsunt legati Imperatoris & Regis Ferdinandi, qui publicis orationibus ostenderunt, suos dominos agnoscere hanc synodum tanquam legitimè congregatam: & promiserunt defensionem. Hæc sunt initia. Reliquam historiam postea audiemus. De plagiarijs, qui ex carcere effugerunt, nihil habeo quod scribam. Sed oro Deum æternum patrem Domini nostri Iesu Christi, auro rem politici ordinis in societate humani generis, ut Germaniæ det pacem: ac politias, quæ sunt honestitia Ecclesiæ Dei, custodiat. Bene uale: Die, quo filius Dei triumphans, spectante Ecclesia ascendit in coelum: ac ostendit, qualem gloriam ater

F 114.7

nam Ecclesia habitura esset. Hac nos spe consolemur. Bene uale. Anno 45.

Philippus Melancthon.

Reuerendo uiro, Hieronymo Schuollio, docenti Euangelium & piè & fideliter in Ecclesia Berlinensi, amico suo carissimo.

S. D. Reuerende uir, & amice charissime, Tueamur coniunctionem propter gloriam Dei, & salutem Ecclesiarum: praesertim cum passim fiunt perniciose dilacerationes. Acerrima mihi certamina fuerunt cum Theobaldo Thannero, qui olim professor fuit in Academia Francofrana, qui in unum chaos confudit Ethnicos & Ecclesiã Dei: ait & in Ethnicis fuisse Christianos, qui legem nouerint. Et cogitat diuinitatem Christi esse ipsam legis noticiam. Nunc illo τετυφομένω rursus dimisso: redeo ad Stancari disputationem, quã mutam istuc. In Prussia quos tumultus pepererit amici nostri N. conciliatio, audiuisse te arbitror. Iam N. edidit prioris sui scripti declarationem seu ἀπαρθέλωσις ualde tenuem, cuius exemplum mit-